BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 122v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sibi copulare dignatus est. Semel & iam unicuiq;
credentium lauacrum sacri fontis in mysterium
sui sanguinis ad soluenda peccatorum uinculo
donauit. Et pulchra omnimodis figurarū distan
tia. Semel quidem per annum pontifex in sangui
ne oblationis super cornua altaris deprecari. Cotidie
autem thymiama suaue flagrans super eo incendere
praecipitur. Quia dn̄s & saluator nr̄ qui cotidie fide
les suos gratia internae conpunctionis accendens
renouat. Semel eos hostia sui sanguinis mortem supe
rans redemit. Ipsi fideles qui cotidiana peccata cotidi
anis abluere precibus ac lacrimis solent. semel in sacram̄
tum passionis illius absolutos se a peccatis ee̅ omnibus
gaudent. Deprecabitur autem sup̄ cornua altaris.
quia & ipse non solum int̄ homines conuersatus pro
hominibus orauit. Uerum & iam nunc ad dexterā
patris in caelestibus sedens int̄ pellat pro nobis.
Et in cordibus electorū per fidem inhabitans. dum eos
ad dep̄candum excitat. recte ipse dep̄care narratur.
Dep̄cabitur aū aaron sup̄ cornua altaris. cum electos
suos patri dn̄s per memoriam eorū quae facere uistutū
com m̄dat. Denique quasi cornua tangens altaris
aurei de deuotione discipulorū loquitur. Quos dedisti
mihi de mundo tui erant & mihi eos dedisti & sermonē